DECISIONVM
ROTÆ LVCENSIS
DIVERSORVM AVDITORVM COLLECTARVM PER
HIERONYMVM PALMA
NEPOTEM
I. C. ET PATRIC. LVCENSEM.
Cum aliquibus additionibus eiuſdem;
ET CVM PLVRIBVS MODERNIS DECISIONIBVS
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
ET ALIORVM SVPREMORVM TRIBVNALIVM
ALIBI ADHVC NON IMPRESSIS;
LIBER SECVNDVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVCÆ.
Apud Hyacinthum Pacium, & Dominicum Ciuffettum. M. DC. XCVIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

APPROBATIO.

MAxima omnium de legali diſciplina benemerentium vtilitate, parique ſui ipſius laude, præſtantiſsimus D. Hieronymus Palma Conciuis noſter inceptum laborem proſequitur colligendi non minùs, quàm ſeligendi, atque illuſtrandi Almæ Lucenſis Rotæ noſtræ Reſponſa. Hunc itaque paritèr ſecundum Deciſionum librum per me de ordine Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi D. Ioſeph Arnolfini Vicarij Generalis reuolutum, typis apprimè dignum exiſtimo.

Octauius Sardi I. V. D., & Archidiaconus Cathedralis Lucenſis.

INDEX ARGVMENTORVM SINGVLARVM DECISIONVM,

QVÆ IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

ARGVMENTVM.

DECIS. CI.

IN hac deciſione firmatur nepotes ex filio auo ſuccedere in capita ab inteſtato, & ex teſtamento admitti ad legitimam in capita, quando non adeſt concurſus, & hoc etiam attenta diſpoſitione Statuti Lucani in cap. 8. lib. 2. ſuper cuius interpretatione plura dicuntur.

Secundariò diſcutitur quando mater teneatur ad dotem propria filiæ in concurſu fratris, exiſtente hæreditate inſoluente patris puella dotandæ.

ARGVMENTVM.

DECIS. CII.

SIne ſolemnitatibus Statuti, de quibus in cap. 139. lib. 2. mulier non poteſt ſe obligare, vel alium contractum facere. Propinquus, qui conſentire tenetur è forma dicti Statuti non debet in eodem contractu aliquod intereſſe habere, vel in eo ſe obligare.

Requiruntur ſolemnitates etiam in contractu inter matrem, & filiam, & inter duas ſorores, ſtante amplitudine verborum ſtatuti. Talis nullitas vti per Statutum inducta ipſo iure poteſt etiam allegari per tertium, dummodò ille non ſit, qui contraxit cum muliere non ſeruatis ſolemnitatibus. Obſeruantia etiam per decem annos, & vltra, non reddit validum talem contractum, quia agitur de ſolemnitate intrinſeca, & quæ requiritur in ipſo contractu. Tranſactio quamuis ſit contractus fauorabilis, eſt tamen ſpecies alienationis, & ideo etiam in ea requiruntur ſolemnitates.

ARGVMENTVM.

DECIS. CIII.

QVamquam regulariter ſolutio cenſeatur facta in cauſam fructuum, hoc tamen minimè procedit, quando creditum ſortis eſt certum; creditum verò fructuum eſt incertum, & illiquidum.

Validè ſe obligat mulier pro viro intra dotis medietatem, etiam ſine releuatore, nec requiritur cauſa vtilis, ſed ſufficit honeſta, & quod à Iudice approbetur, licet alias ſit damnoſa.

Solemnitates non requiruntur in exactio-

DECISIONES ROTÆ LVCANÆ

DIVERSORVM AVDITORVM COLLECTÆ

PER HIERONYMVM PALMA NEPOTEM

I. C. ET PATRICIVM LVCENSEM

LIBER SECVNDVS:

Cum aliquibus additionibus eiuſdem, & pluribus Sacræ Rotæ Romanæ Deciſionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima regulatur eiſdem legibus, quibus regulatur ſucceſſio ab inteſtato.*

2 *Nepotes ex filio quando ſuccedunt auo ex propria perſona ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes.*

3 *Nepotes plures ex unico filio præmortuo ſuccedunt, & admittuntur ad legitimam in ſucceſſione aui ex propria perſona, & ſic in capita.*

4 *Nepotes ſuccedentes auo ex propria perſona non iure repreſentationis, ſuccedunt in capita.*

5 *Auth. Nouiſſima, C. De inoff. Teſtam. loquens de filijs, vti fauorabilis extenditur ad Nepotes.*

6 *Legitima eis debetur quibus competit quæ-*